Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26154
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cognoscit. SEQVITVR. Iustitia induit sui. Iuestiuit
me sicut uestimento. Uestimento utique cui uestimenta. et omni parte
circumdamur. Ille quoque iustitia sicut uestimento uestitur. quo
secundum quod bono opere praeegit. et nuda. Illa parte actionis
suae peccato nuda relinquitur. Illa quoque in aliis actionibus iustus est
in aliis iniustus quasi hoc latus cooperuit. illud nudauit.
Haec ita bona sunt opera. quae subortis aliis praauis operibus inquinantur.
Hinc enim psalmo dicit. Qui in uno uno offenderit mul
ta bona perdit. Hinc iacob dicit. Quicumque totam legem ser
uauerit offendit autem in uno. factus est omnium reus. Quam ui
delicet sententiam suam ipse diligenter exposuit cum subiunxit.
Qui enim dixit non mechaberis. dixit et non occides. Quod si non me
chaberis occides autem. factus es [illegible] non transgressor le
gis. Cordis quoque oculis circum [illegible] personam prae [illegible] quaque porrec
tis undique nobis adhibenda [illegible] custodia est.
Unde recte quoque psalmo dicit: Omni custodia serua cor
tuum. quia ex ipso uita procedit. Dicturus enim custodiam p
misit omnem. ut uidelicet unusquisque hinc unde se
diligenter inspiciat. Iquam diu in hac uita et extra spi
tales inimicos in acie se positum sciat. ne mercedem quam
phas actiones colligit. paulatim amittat. ne hinc hosti
fores obstruat. Ialiunde aditum pandat. Si quoque et enim ci
uitas extra insidiantes inimicos magno uallet agge
re fortibus cingatur muris. in omni munuatur custodia.
unum vero in ea foramen tantum in muniti permeglegen
tia relinquatur. inde procul dubio hostis ingreditur. quo
undique exclusus esse uidebatur. Pharisaeus namque ille qui in
templo oratuius ascendit. ciuitatem mitis suae quanta
munitione uallauerit audiamus. ieiuno inquit bis
in sabbato. decimas do omnium quae possideo.